



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

26. Quid sit de illorum, qui non habentes oleum infirmoru[m] vngunt peste infectos chrysmate?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Dices 2. Poterit quoque tolerari, si ratione multitudinis inungedorum, ter quartervel saepius huiusmodi mixtio fiat?

R. Videri quod non, quia, ut ante diximus, cum in mixtione maior quantitas cōuertat in se minorem, & communicet illi suas qualitates, certum satis erit, non iam amplius esse oleum, sed alium liquorem, qui oleum in sui substantiam conuertat, in quo sacramentum ministrare sacrilegium esset.

QVÆSTIO XXVI.

Quid sit de illorum, qui non habentes oleum infirmorum, vngunt pestis infectos chrys-
mare?

Quæstionis explicatio.

Chrisma interdum significat omne o-
leum benedictum etiam sine balsa-
mo: qua significatione vtunt diuersa Con-
cilia & Sancti Patres. Interdum & magis
proprie significat oleum, cui miscetur parū
quid balsami, quod est materia propria
Confirmationis, ratione huius æquiuoca-
tionis: & quia verum est (vt statim dixi-
mus) non annullari materiam huius sacra-
mēti, si aliquid extranei liquoris illi admi-
scetur,

ſceatur, quāri potest, quid censendum ſit
de modo ministrandi illorum, qui defici-
ente oleo infirmorum vtuntur chrismate
proprie dicto, in vngendis infirmis tempo-
pore pestis?

Reſponſio.

TOlerari quoq; potest hic modus mi-
nistrandi, quando aliud oleum habe-
ri non potest; Ratio huius habetur ex ante-
dictis, quia chrisma compositum eſt ex o-
leo oliuarum, cui exiguum quid balsami
admixetur, remanet ergo verum oleum o-
liuarum, ſicut principale, quod ſufficit, vt
hoc sacramentum vere confici & minifra-

a Tom. 4. in
3. p. D. Tho.
disp. 40. ſect.
2. c. vlt.

ri poſſit. Huius ſententiae eſt (a) Zuares, qui
etiam existimat fortaffe aliquando in ec-
clesia fuiffe in uſu, vt hoc sacramentum

cum chrismate proprie dicto conſerretur,
quod tamen ipſe non plane afferit, nec mi-
hi videtur multum veriſimile, quia incon-

b Tom. 2. de
confir. c. 9.
argum. 1. in
2. ſolut.

ueniens eſt dicere unius sacramenti in ec-
clesia varias fuiffe materias, vt (b) Bellarmi-
nus de Confirmatione diſputans in ſimiſi
arguit.

c Innoc. I.
Epift. I.

Dices: (c) Innocentius Primus postalla-
tum D. Iacobi testimonium: *Infirmat-
ris in uobis, &c.* hoc modo loquitur: *Non
eſt dubium de fidelibus egrotantibus, accipi vel
intelligi debere, qui oleo sancto chrismatu-*

ungī possunt in sua aut suorum necessitate. Eodē
quoq[ue] modo loquitur Concilium Wor-
matiense, Aquense, & alia.

R. Glossatorem (a) Innocentii propter-
ea dixisse ex quorundam sententiis, Episco-
pos, de quibus ibi loquitur Innocentius,
propter dignitatem solitos fuisse in huius
sacramenti administratione ut etiam bal-
samo, licet non ut de essentia sacramenti:
Sed hoc non constat, nec probatur, & ideo
sicut voluntarie asseritur, ita voluntarie ne-
gari potest, praesertim cum locus Innocen-
tii propter æquiuocationem ante dictam
secundum (b) Sotum possit de simplici o^a b in 4. dist.
leo consecrato (q[ue] etiam interdum chrisma 23. q. i. art. 3.
appellatur) intelligi.

^a In c. Illud
superfluum
dist. 9s.

QVÆSTIO XXVII.

Quid sit de illorum, qui ministrant, per-
uertendo ordinem vncio-
num?

Quæstionis explicatio.

IN communi ministracione huius Sa- De ext. vna.
cramenti ordo seruandus est per dicece- pag. 164.
sim Leodien. qui à Parochiali prescribitur, ut
in primis vngantur oculi: deinde aures: ter-
Ff tio na-